

auxilium ferant. Verum tamen quibus ita post divinum ministerium iudicare permittit est, in sciendis a se instrumentis, temporis quo illa contracta sunt, mentionem faciant. Ac primum quidem de omnino feriatis est agendum. Natalis itaque dies purissima dominæ ac Dei genitricis qui est 8. Sept. 2. feriatus est. Item 14. qui propter exaltationem vivificæ crucis honoratur. Item vigesima sextus, propter Apolloli & Evangelistæ Joannis Theologi transmutationem. Item 6. Octobris: quod tum memoria sancti Thomæ Apolloli celebratur. Item 9. in honorem Jacobi Alphai Apolloli. Item 10. in honorem Lucæ Apolloli & Evangelistæ. Item 13. Novembris, quod tum memoria patris Chrysolomi celebratur. Item 14. quod tum Philippus Apollolus festiviter honoratur. Item 16. quod tum Mattheus Evangelista & Apollolus honoratur. Item 21. quod tum Dei genitricis in templum introitus celebratur. Item vigesima, quod tum Andreas Apollolus festiviter honoratur. Item nonus Decembris: quippe quia tum genitricis Dei nostri conceptio celebratur. Item vigesima, usque ad ipsam sextum Januarii, usque quod diebus iis natalitia & baptismi domini & Dei & Servatoris nostri Jesu Christi celebratur. Item ejusdem Januarii duodevigesimus, divinatorum patrum & doctorum Athanasii & Cyrilli gratia. Item ejusdem mensis vigesima quintus, propter memoriam magni patris Gregorii Theologi. Item 2. Februarii, quod tum Servatori obviam tum sit. Item 3. celebranda memoria Simeonis Dei susceptoris causa. Item vigesima quintus Martii, boni nuntii ergo ad Dei genitricem delati. Item dies Paschales ab ipsa Lazari resurrectione, usque ad ipsam post facrum Pascha octavum. Item 15. Aprilis, in honorem Apolloli & Evangelistæ Marci. Item trigessimus, in honorem fratris theologi & Evangelistæ, Jacobi Apolloli. Item 8. Maii, ob memoriam Evangelistæ, Joannis theologi. Item 10. propter memoriam Simonis Zelote apolloli. Item 21. propter memoriam factorum ac apollolis equalium, magnorum Imperatorum, Constantini & Helenæ. Item 26. propter memoriam apolloli Alphai Jude. Item 11. Junii, in honorem Bartholomæi Apolloli. Item undevigesimus in honorem Apolloli Judæ, qui & Thaddæus & Lebaeus & Jacobus nominatur. Item vigesima quartus, propter Præcursoris natalitium. Item undevigesimus propter principium apollolorum, Petri & Pauli, celebrationem. Item trigessimus propter duodecim Apollolorum celebrationem. Item vigesima quintus Julii, propter sanctæ Annæ matris Dei genitricis, obdormitionem. Item 6. Augusti, propter Servatoris nostri Jesu Christi transformationem. Item nonus propter memoriam S. Mattheæ apolloli. Item decimus quintus, propter gloriosam sanctæ Dei genitricis emigrationem. Item vigesima, propter memoriam S. Thaddæi Apolloli. Item vigesima quartus, propter Bartholomæi Apolloli memoriam. Item undevigesimus, propter venerabilis præcursoris decollationem. Hinc omnino feriatis diebus commemorabuntur mediæ tates quadragesimalis jejunii, & Pentecostæ: tum etiam Servatoris assumptio 8. & omnes totius anni dominici dies: ut in illis omnino in iudicium aditus præcludatur, ac nemo iudicium iudiciale quiddam faciat. Sane vero qui ex parte 4. iudicium fident, neque toti (uti antea diximus) feriat erunt, hi sunt. Mensis Septembris sextus, quoniam tunc in Chonis summi ducis Michaelis miraculorum prodigiosa peragitur. Item 23. Octobris, quoniam memoriam fratris Dei, Jacobi celebramus. Item vigesima sextus, quia magnam illum martyrem & unguento facturientem festiviter veneramus, Demetrium. Item 1. Novembris, quod miraculosi illi anagyri, Colmas & Damianus, festive colantur. Item 8. quod conventus defunctorum celebratur. Item duodevigesimus, quod S. Stephanus martyr junior celebratur. Item 4. Decembris, in honorem egregie martyris Barbaræ. Item 6. in honorem miraculis celebris unguentoque facturienti Nicolai. Item 10. Januarii, in honorem divini Gregorii Nysseni. Item 16. propter adorationem venerabilium principis Apollolorum Petri vinculorum. Item 19. propter recuperationem venerabilis sancti Gregorii theologi. Item 27. propter recuperationem venerandorum reliquiarum Chrysolomi. Item 7. Februarii in honorem magnifici martyris, ducis exercitus Theodori. Item 17. in honorem præmisi decorati Theodori tyronis. Item nonus Martii, nempe quod tum factorum quadrangia Christi martyrum memoria celebratur. Item vigesima tertius Aprilis, quippe quia tum magnificus martyr Georgius honoratur. Item secundus Maii, in honorem magni Athanasii. Item octavus Junii, in honorem magnifici martyris Theodori, exercitus ducis. Item nonus, in honorem sancti Patris nostri Cyrilli Alexandrini. Item vigesima septimus, in honorem sancti & miraculosi Sampsonis. Item primus Julii, quia tum factorum & miraculorum anagyron illorum memoriam colimus. Item 2. quia depositionem pretiosæ vestis Dei genitricis recolimus. Item 8. quia magnificum martyrem Procopium festiviter honoramus. Item 11. quia excimiam martyrem Euphemiam concelebramus. Item 20. quia prophetam Heliam honoramus. Item 27. quoniam præmisi decoratum, & miraculosum Panteemonem festive colimus. Item 31. Augusti, propter pretiosam cinguli immaculatæ Dei genitricis depositionem. Atque hi quidem dies sunt qui quodammodo feriat, & quodammodo non feriat sunt. Quibus vero diebus propter nativatem, aut creationem principis feriamur, hos Imperatoria mea majestas inter non 3. feriatis collocat: præsentem functionem a se inchoans, & per ea quæ ipsamet actura est, reliquos docens. Non perinde enim præsentis constitutionis sermo, quantumvis in illum attentis, atque Imperatoria majestatis meæ actio persuadeat. Mea itaque Imperatoria majestas quibus diebus, tum in hanc vitam producta, tum divina providentia in Imp. designata est, ne feriat sint, neque ulla inducias in illis iudicis habeant, sancit. Sane præter supra descriptos anni dies omnes facti erunt, & in illis iudicia iudicialisque sententias consentaneæ executionis exercebuntur. Perfractam autem habemus, Deo enim hanc Imperatoria meæ majestatis functionem fore gratam. Cum etiam Pharisæos exereretur dominus, neglectum ab ipsis misericordiæ 6. iudicium ante omnia causavit est.

1 Feriat omnino dies. 2 Annus a Septembri inchoari hic observat. 3 Id est, ascensio. 4 Feriat ex parte dies. 5 Non feriat dies. 6 Misericordiæ neglecta Pharisæi a Christo notati.

3. De synodica subnutatione patriarchæ Latæ de nuptiis septimi gradus cognationis.

FACTA est autem etiam postea iussio potentis & sancti Imper. nostri & domini, emissâ mense Maio ejusdem indictionis, quæ hæc in eius parte decernit. Nostra itaque Imperatoria sublimitas hoc synodale de quæsto responsum, vel, ut vere dicam, decretum consequenter divinis canonibus legibusque editum, in posterum observandum, & perpetuo immobile, ac immutabile futurum iudicavit, eandem de proposta questione habens sententiam, quam sanctiss. D. & universalis patriarcha, & sancta ac divina synodus.

4. De decisione Sifnini de nuptiis duorum fratrum cum duabus consobrinis.

Um hæc ita se habeant, & de eiusmodi contractu exorta esset controversia, emissa est Novella constitutio potentis & sancti nostri Imper. & domini mense Junio, indictione octava, quæ hæc in fine persequitur. Itaque ut utraque recte ferventur & colantur Imperialium & sacerdotum iustionum majestas legumque & canonum subtilitas, nec decido omnino solvenda est, nec rursus permittendum, ut omnino exerceatur. Sed media quadam & regia, ut ajunt, via est incendendum: & utrumque est conservandum, nempe, & reverentia que debetur antecessori, qui illam decisionem conscripsit: & Imperatoribus, qui illius decisionis meminerunt: & videndum ne quid quod a legibus canonibusque discrepet, suadatur, quod hæc induxit decisis. Oportet enim contractum ea decisione introductum jam quidem etiam ante interrogationem perfectum non dissolvi, sed eos qui sic matrimonio conjuncti sunt, pœnis ipsorum gravari, iudicio & examinatione illius loci antistitis, & conservari conjugium. Quod si prius sciscitatum accesserint, non concedere inde convenientibus pœnis & mandatis propter eam, quæ superius dicta est, reverentiam: Nec libere ac secure, nullaque ad eos retardandos allata causa sciscitantiibus permittere, sed cum mandato, vel ipsos potius ab Ecclesia, dicte decisionis, & eorum que in illa decernuntur, commemorationem accipere. Esti decretum quidem honorare volentes, quæ etiam in eo comprehensa sunt, velint inconcussa manere, tum omnino laudanda: sin autem quod ab eo vetitum est, velint agere, hoc eis facere permittitur, convenientibus tamen eis prius pœnis impositis.

5. De nuptiis cum duabus sobrinis.

Quia autem aliquando ad Imperatoris tribunal agitatum est, an postea unus & idem duas sobrinis in matrimonio habere: usque cum contractus ad 7. affinitatis gradum deducatur, edita est Imperatoria D. Emanuelis Comneni julio, quæ statuit hoc non posse fieri: quoniam maritus consensur unus esse gradum cum uxore: & quod contractus ad sextum affinitatis gradum deveniat.

6. De sententiis iudicium.

His sic definitis, quæsierit quispiam, cum præfens canon definit in omnibus causis plurimum sententiam vincere: Novella autem constitutio potentis & sancti nostri domini & Imperatoris D. Emanuelis Comneni mense Julio 14. indicti. anno 6674. promulgata, constituit cum aliis & hæc nominatim: Si omnes non funt ejusdem sententiæ, sed aliqui dissentiant, si qui dissentiant, numero sunt æquales, eorum præfereat sententia, quibus is qui iudicio præest, consenserit: utrum sequi debeamus?

7. Ne morientium Episcoporum divipiantur bona ab exactoribus.

Præterea tene memoria constitutionem Septembri mense, xiv. indictione emissam, Imperatoris domini Emanuelis Comneni, de non rapiendis ab exactoribus bonis, quæ ad defunctos episcopos pertinuerunt, quæ quidem hæc complectitur. Res quæ & in Dei contemptum, & ad legum naturæ infirmationem, ab his qui, ut ajunt, neque Dei vocem, neque hominum vindictam formidant, ut est verisimile, patrat, non ferenda omnino meo imperio visa est, cum ad eus aures pervenisset. Quamobrem eam tum omnino Christiana professione indignam, meum corrigi imperium. Et enim relatum est, in excessu e vita eorum qui vobis pontificatum gerunt in sanctissimis Dei ecclesiis partim quidem antequam funus esset, partim vero postquam elatum fuerit, eos qui in ea regione sicut procuratorem exercent, ipsorum mortis pretextu eorum cellas inhumane invadere, & mobilia que sunt sub ecclesiis que eis obigerant, & omnes quidem facultates que in illis invente fuerint, aufere: universam autem ejusmodi immobilium exactionem facere, & ea alioqui omnino contere. Imperium ergo meum ne vel auditu quidem ferendam eorum esse audaciam existimans, ne cum damnum & calamitas ex antitutum morte ad eorum ecclesias pervaserit, hi multo majorem calamitatem invehant, & ea sint quam jam habent molestia longe molestioris: statuit per hanc præsentem constitutionem, ne ab his qui ducales magistratus gerunt, vel descriptiones, vel aliqua alia publici juris exercent, tale quid in sanctissimas ecclesias, vel earum immobilia, vel antitutum cellas, in eorum morte deinceps amplius innovetur: sed si testati quidem moriantur antistites, eorum voluntate & ordinatione omnia fiant, quod ad ea attinet, que in eorum cellis inventantur. Quod si forte testati interstati decesserint, omnia quoque fiant, ut sacris canonibus & legibus videtur. Atqui in viduarum ecclesiarum immobilia ne pedem quidem omnino immittere aliquid ex ducibus, vel aliquibus aliis, ut dictum est: sed nec quelibet illinc pars quomodocunque apprehenderetur, sed omnia a paribus ejusmodi ecclesiarum in ipsi adm-

nitabantur, ita intacta sint a manu ipsi.

nistrabantur, quemadmodum de ea legitime & canonice editum est: donec sc. qui post mortis antistites in ecclesiis renuntiavit sunt, in regione fuerint: & eorum administrationem apprehenderint: debent scire eo qui ad infirmationem alicujus eorum, quæ a præfenti imperio me constituitio decreta sunt, processerit, quod etiam Deus in tali eorum tamque audaci incepto in præfentia siluerit, omnino in futurum dignum eius supplicium reservans: imperium tamen meum eum acerbius in præfentia aggredietur, pœnis eum corporalibus subjiciens & fuorum membrorum truncationibus honorumque publicationi, & diuturno exilio. Non solum enim ex eo simpliciter reddet ecclesie, quod ei illo modo ab ipso auferendum est, sed etiam a sisco talis quantitas in duplum absque ulla commiseratione exigetur, perfectissima de ea re cognitione ab antistite illius temporis data mystico, qui debet etiam utraque administrare: de suo autem peccato omnino excusationem non habebit. Venit enim meum imperium, & eis per præfentem constitutionem evangelice locutum est, que in sacro chartophylaco, seu tabulario reponetur, sanctissimis ecclesiis opem latibus, etiam ipsi exemplaria flora competenti lege munita ab ipsis paribus infirmantur, ea enim archepi vim habebunt, & exhibitibus aderunt ad aternam securitatem.

8. De homicidiis voluntariis.

Quia autem de voluntariis homicidiis mense April. indicti. xiv. a potentissimo & sancto imperatore nostro domino Emanuele Comneni hæc tractans. Jubeat ergo omnibus qui sunt in regionibus iudicialibus & militaribus que sunt in eis copis, & earum ducibus, ubi fuerit cedens voluntaria, & talis quidam homicidium: vel, si ea abbit, ad magnam urbem qua a Deo custoditur præfatum, ut ipse in carcerem publicum introducat, & tam in corpore, quam in bonis secundum legum & Novell. constit. potestatem puniatur, & alia supplicia subeat. Sciendum his omnibus, si probatum fuerit, potuisse quempiam homicidam apprehendere, & non fecerit, eum non secus condemnandum quam si Imperio infidatus fuerit: sin autem latuerit fortasse quispiam, & ad sanctissimam Dei magnam ecclesiam confugerit, postquam pœne ecclesiasticæ adversus eum processerint, ex legali observatione, præfente quidem in regia urbe eo qui imperium obtinet, ad eo mittetur in provinciam quam censuerit, ut totum vitæ sue tempus illic transigat, nec illinc effugiat, ut recurrat in eum locum in quo facinus execrandum admittit. Absente autem forte Imperatore, & illuc vitæ sue tempus peraget. Sin autem non solum voluntarie, sed etiam premeditato captivo consilio eadem perpetraverit, non cogetur ex prædicta regia constitutione tonderi. Si enim eum qui sua sponte ad confugiendum accedit, non eo ipso statim admittit canonica subtilitas, sed ei sufficiens tempore attributo, & per ipsum mente ejus, firma sit in instabilis examinata, liquidem hominem inveni in eo quod primum habitum proposita perseverantem, & monastico habitu, & corporis mortificatione se impigre præparantem, boni quoque operis ei affert complementum, eo in monasticum institutionem statumque suscepto: quomodo non fuerit a ratione alienum, & a legibus spirituales diffidens, alioquem necessario tondere, eumque homicidam, quem Deus eo usque reliquit ut eam manus angelicam ingerat, & illuc vitæ sue tempus æternam, ne invidiam vitam angelicam ingerat, & illuc vitæ sue tempus æternam habitum in iudicium utatur. Homines enim leviores cum in peccata aggreduntur, Loca ergo confutæ itatit me Imperialis majestas, ut qui voluntarium eadem capto consilio perpetraverit, in custodia toto vitæ sue tempore degat, & nec illinc quidem educatur iussu forte Imperio pro oblivione exhibito. De eorum autem facultatibus fiat licet iussu Imperator memoratos. Quia autem plures homicidæ qui eadem meditato & consilio capto perpetrarunt, ad sanctissimam Dei ecclesiam politæ accedentes, non ut facta est a se, sed ut ad suam facit utilitatem, eadem confitentur, jubet me Imperialis sublimitas, ut a sanctissimo huius temporis patriarcha ad regionis antistitem, & qui ei subest clerici, quantam ad provinciam iudicem cum pœna scribat, & quemadmodum factam esse eadem ex illius scripto intellexerit, ita eam quoque persequatur: & non eum qui capto consilio eadem fecit propter falsam suam confessionem, ad eadem pœnas, & eadem supplicia admittat, ad que qui fortuito & improviso in tale aliquod crimen incidit. Si quis autem homicida, qui ad sanctissimam magnam ecclesiam confugerat, & vel perpetuo exilio condemnatus, vel in vinculis esse, vel in perpetua esse custodia toto vitæ sue tempore iustus erat, solutus, inventus fuerit in loco ubi eadem perpetravit ambulare, vincus ab exactore qui est in provincia, ad meam Imperialem sublimitatem mittetur: & quæcunque quidem res tunc ei inventæ fuerint, exactori in lucrum dedit, & ei qui homicidam indicavit, ex æquo divise. Omnino autem curæ erit his qui sunt in sanctissimam magna ecclesia illorum iudicibus, ut cum conveniente canonica severitate crimina cedis puniant, & tempora non temere contrahant, nec plusquam par sit in his que non decet, se lenes & clementes præfent. Imperialis autem meæ constitutionis exempla, ab his qui præfenti iudicis descripta, missa ad ecclesias que sunt in provincia, ibi reponetur, ut eorum que sunt constituta omnes scientiam habeant, & faciant quemadmodum eis comprehenditur. Quod si is qui capto consilio eadem fecit tonsum sua sponte elegerit, non absque probatione inter monachos cooptabitur: sed sufficiens tempore accuratissime & diligentissime ex canonicis constitutionibus examinatus, & probatus, in monasterio, vel in vltimo toto vitæ tempore manere cogetur, nec ei unquam exire permittetur. Monasterium autem erit omnino in alia provincia, & non in ea terra que morti sanguinem deficiens male suscipit.

9. Ut ecclesiarum & monasteriorum que sunt ad urbem, immobilia intacta sint a manu ipsi.

Potentis ergo & sancto imperatore nostro Imperatori gratiæ agende sunt, qui apostolico canoni consequenter & præfenti constitutioni ecclesiarum & monasteriorum que sunt ad urbem, intacta & integra immobilia conservavit a manu sisci, feri publici, per tres aureas bullas sue Imperialis majestatis.

testatis: quarum altera quidem Julio mense, ix. indictionis, 6664. anno facta est, & constituit non ledi monasteria, eo quod jura que illis forte adfuit claudicent: & secunda, quæ mense Octobri, vi. indictione 6665. anno emissâ est, & jubet monasteria indivulse & inseparabiliter habere immobilia, etiam si eis allegationes a censu descriptore date sunt, quæ pro jure sisci faciunt. Illic autem fita non sunt, quod non perpetua quanto & utilitas monasteriis ex his suppeditaret, sed temporalis. Alia vero quæ mense Martio vi. indictione, 6666. anno edita est, & in omnibus secretis polita quæ post processum hoc expressisse editit. Imperialis meæ sublimitas aliquot abhinc annis auream bullam emittit dispenfareque prævenit, iisque que in hac urbium regina sita sunt, monasteriis, & iis que sunt in occidentali parte Steni, quantum est in litore & longius: similiter & iis que sunt in sinu Nicomediæ, & usque ad ipsam Nicomediâ, & iis que sunt in insulis, Oxea, Prima, Chalce, Plate, S. Glyceria, Principio, Antigoniam, Tragonio, Terebintho, S. Andrea, S. Tryphonia, S. Liberio, Codonæ, Pelago, Co insula dimidio, Medice, & sancto Decimum Athyræ: & iis que sunt in possessionibus portuum, & usque ad Demetrium exercitum monachis, & mulieribus iis multa jura largita est, & in immobilium detentione, ac dominatione, quæ quibusdam juribus admodum aurea bulla hæc fufus persequitur. Sed quoniam cavillatores quiescere non poterunt, sed sisci, seu publici prætextu eis gravem afflictionem intulerunt: Imperialis meæ majestas Deum placare & propitium efficere volens: ob ea que ipsum tum homo offendit: simul etiam volens, magni Imperatoris, Christi scilicet, milites qui vitam monasticam propter ipsum elegerunt, & spiritus armaturam induerunt, focios habere, & strenuos defensores adversus hostes, tam qui videntur, quam qui non videntur, bono illi fundamento rectum quoque proportionem conveniens imponere voluit: & præfentem auream bullam eam eis causa edidit, per quam sicuti & definit, omnia mobilia que hodie ab enumeratis monasteriis, & omnino monachis, tribuiculis, vestigalia, portus, flumina, jura maritima, & ut semel dicam, quodcumque jus in possessione immobilium confideratur, & in quocumque loco situm sit, in quo scilicet, hucusque non data est iis denotatio, seu designatio ab iis qui sunt in ea regione censu descriptores que publicum in iis jus habere comprobet, habere dictas mansiones perpetuo dominio ut imperii mei donum & liberalitatem, & eis deinceps semper in posterum dominari, etiam si probabili, vel non probabili de causa aliqua eorum, vel etiam fortasse omnia hucusque detinuerunt: vel etiam sine illo titulo, vel ex titulo quidem, qui male seu habet, vel est fortasse falso constitutus. Omnia enim que ab ipsis in quocumque sita possidentur in oriente & occidente, five eis qui eo tempore administrabant Imperatoribus, five sint ex fragmentis five ex comminationibus, five a loco motis vel caducis, vel ex vilibus que penduntur diariis, vel ex vilibus calamitate devastatis, vel iis que a potentibus vendita sunt, vel contra: vel ex correctione male factarum venditionum, & si in aliis locis iusta dari, in aliis tradita sunt, vel donata, non tradita sunt: vel tradita, donata non sunt, vel quovis alio modo male ab ipsis detinentur inconculse & nullo negotio eis exhibitio, a dictis monasteriis vult meum Imperium ea in aternum possideri, ut meum mei Imperii donum a mea liberalitate & munificencia profectum. Cum enim sola necesse ad ipsos immobilium inveniatur detentio, quæ pro omni titulo debet eis sufficere, est supervacaneum, de illis aliis curiose investigare. In publicis enim que hodie possident, præterquam in iis in quibus a publicis census in ea regione descriptores documento data sunt, quæ ius sisci, seu publici, ut dictum est, probant, debet præfens aurea Imperii mei bulla sufficere, & pro donatione, & emptione, & quovis alio titulo satis esse: etiam si quodcumque aliud fecerunt in antiqua alia que sunt monasteria, ob ea que non possident immobilium, antiqua alia que eis adfuit jura proferre. Sed hæc præfentis aureæ bullæ scriptura pro omni jure utentes, ea contenti esse debent, ut que eis, ut prius scriptum est, sufficere debeat, & pro donatione & pro traditione, & quovis alio jure. Sin autem invitante fortasse tempore voluerit ullum monasterium iis etiam que habet iuris & titulis uti, ea pro se afferens, a nullo penitus prohibebitur. hoc enim non facit necessario. Si autem hoc propria voluntate elegerit, nemo impedire admittetur. Non solum autem ad auream: sed etiam in parocciis que nunc ab eis detinentur, & prædici, vicigalibus, conventibus, trajectoryonibus solutionibus, portibus, fluviis, veribus maritimis, & quocunque alio jure, quod ab eis possidentur, præterquam in iis, in quibus documenta pro publico (ut supra superius dictum est) assumpta sunt. Sin autem recenseri iusta sunt, vel antepari que dam tributa, vel pœna, vel militiæ, vel publicæ, vel libellica, vel aliquid aliud quod ad publicum pertinet, & non factum est quod recensendum erat, vel habet aliquod aliud jus quod apprehendi possit, monasteria ex eo nihil lædentur. Quid autem opus est multa dicere & enumerare, & exempli gratia asserere? Verborum multitudinem Imperii mei majestas prætercurrens, ne quis in eiusmodi rebus callidus, & vaser nonnullis quidam dictis, ex iis causis que mobilia conculant, aliis vero silentio præteritis, verba arripit, & more Judaico, literæ insilat, & conetur in his que dicta non sunt, monasteria agitare & vexare, universalis & generalis oratione, Imperium meum vult & decernit, ut quod in iis que hodie a monasteriis possidentur, vel in ipsis sunt monasteriorum cathedris, pro publico cogitatum fuerit ab aliquo, vel nunc, vel quandoque futurus, si fieri poterit, id quoque statim apprehendet monasterium, ut hodie a meo Imperio sublimitate donatum. Quod enim ad ea attinet quæ nunc possidentur immobilia, de quibus pro publico documenta non acceperunt monasteria, imperium meum vult unumquodque eorum publicum existimari, & perpetuam firmitatem obtinere, & a nullo de ea re discipari, & quemadmodum publico nulla a se molestia negotiumve exhibetur, sic nec silentiaria, nec monasteria, nec reliqua ab ullo publici curatore litibus agitantur, five quis probabilem five non probabilem causam afferat, five ejusmodi causæ sit quod loquetur. Quisquis enim hoc facere aggressus fuerit, invalida & revera infirma dicere videbitur: & citra ullam misericordiam, ejus facultates sisco consecrabuntur, & ipse omnino infamis tempor erit!

